

tutum tuetioni om[n]ium voluerunt esse commune, adni[tente] etian v. inl., com. ac fratre me[m]orati viri, Cl. Lepido ex consulari | Germaniae primae, ex mag. memor., | ex com. rerum privat., ut erga omni[um] salutem eoru[m] studium e[st] devo[ti]onis public[ae] ti[tulus] possi[et] ostendi.

*In provincia Narbonensi prope vicum Sisteron (olim Segustero) in viva rupe incisum (XII 1524 vidit Hirschfeld). — 1) Libellorum. — 2) Dardanus hic memoratur et apud rerum scriptores et ab Augustino Hieronymoque, cf. Hirschfeld et Mommsen C. XII l. c.; praefectus praetorio Galliarum (secundo ut videtur) fuit a. 409—415. — 3) Intellegitur vicus non longe a rupe illa distans hodie dictus Théou.*

**1280** Brutt. Aurelianae c. f., | filiae Musolami patron. et Aste[ri]ae c. f., nepti Marcellin. ex comit. | et Marinae et Gallicani<sup>1</sup> cons. | ordinari, quae vixit ann. XXXVII | mens. X dies XVIII, ob merita | honestatis et concordiae | conjugalis, Fl. Vitalis v. c. protec. | et notarius<sup>2</sup>, uxori aman-tissimae | et sibi.

*Mutinae, arca marmorea ornata (XI 850 descripsit Bormann). — 1) Videtur esse Gallicanus consul ordinarius a. 350. — 2) Propter clarissimum adscriptum protectori Borghesius opp. 6 p. 578 titulum incisum putat non ante a. 444 (cf. cod. Theod. 6, 24, 7), nescio num recte. Domestici et notarii, ex quorum numero hic protector et notarius videtur fuisse (cf. Mommsen eph. ep. 3 p. 137), iam a. 381 consularibus aequiperati sunt.*

**1281** Spedii. | Acilio Glabrioni Sibidio v. c. et omnibus | meritis in-lustri, legato in provincia Achaia, | consulari Campaniae, vicario per Gal-lias | septem provinciarum, sacri auditorii cogni[tori], fori huiusce inventori et conditori pri[m]o, patri reverentissimo, Anicius Acilius | Glabrio Faustus v. c.<sup>1</sup>, loci ornator, togatam | statuam offerens piae non minus quam de-votae mentis religione ponendam | erigendamque curavit.

*Romae (VI 1678 vidit Henzen). — 1) Cf. N. 1285.*

**1282** Tarrutenii. | Tarrutenio Maximiliano<sup>1</sup> v. c. | eloquentissimoque, consulari | Piceni anno aetatis nonodecimo, | vicario urbis Romae, legato amplis[simi] senatus secundo, socero | exoptatissimo, Anicius Acilius | Gla-brio Faustus v. c.<sup>2</sup>, loci huius | ornator, togatam statuam | libens optuli. (In parte aversa lapidis) Anicius Acilius Glabrio Faustus | v. c. consul dicavit.<sup>3</sup>

*Romae rep. dicebatur in foro Romano, est in museo Vaticano (VI 1767). — 1) Hic videtur esse Maximilianus ad quem Synmachus dedit epistulas. — 2) Cf. N. 1285. — 3) Haec non vidit Henzen, nec magis quae in eodem saxo extitisse dicuntur deorum participi | hominum nutrici.*

**1283** Anicio Achilio Glabri[oni] Fausto<sup>1</sup> claris[simo] viro, quaestori | candidato, praetori | tutilari (sic), comitis (sic) in[tra] consistorium, | tertio praefecto ur[bi]<sup>2</sup> utriusque inpe[ri]i iudicii (sic) sublimita[to]<sup>3</sup>, praefecto prae-to[rio] Italiae Africe et | Inlyrici<sup>4</sup>, quod et praesentibus gloriae et | futuris inte[ci]tamen[to] (sic) ad virtutem fore (sic), ro gantibus Aricinis, | qui beneficiis et re[me]diis eiusdem ampl[issimi] viri ab intora[h]ilibus (sic) necessitati bus fuerant vindica[ti], ob praestita circa | se beneficia, ordo | et cives statuam | conlocaverunt.